


*Requiem Mass for the Repose of the Soul
of*



Walter McGehee Hooper

27th March 1931 - 7th December 2020

Friday 8th January 2021

at 11.00 am

Oxford Oratory Church of St Aloysius

PROCESSIONAL HYMN (*please stand*): ‘Lead, Kindly Light’, St John Henry Newman

Ordinary of the Requiem: Gabriel Fauré, Op. 48

INTROIT

Requiem æternam dona eis, Domine,
et lux perpetua luceat eis.

Eternal rest grant unto them, O Lord,
and let perpetual light shine upon them.

SIGN OF THE CROSS

In nómine Patris, et Fílii,
et Spíritus Sancti.

In the name of the Father, and of the Son,
and of the Holy Spirit.

Amen.

Dóminus vobíscum.

Amen.

The Lord be with you.

Et cum spírítu tuo.

And with your spirit.

PENITENTIAL ACT

Fratres, agnoscámus peccáta nostra,
ut apti simus ad mystéria celebránda.

Brethren, let us acknowledge our sins, and
so prepare ourselves to celebrate the sacred
mysteries.

**Confíteor Deo omnipoténti et vobis,
fratres, quia peccávi nimis cogitatíone,
verbo, ópere et omissíone:** (*striking the
breast three times*) **mea culpa, mea culpa,
mea máxima culpa. Ídeo precor beátam
Maríam semper Vírginum, omnes Ángelos
et Sanctos, et vos fratres, oráre pro me
ad Dóminum Deum nostrum.**

**I confess to almighty God and to you, my
brothers and sisters, that I have greatly
sinned, in my thoughts and in my words,
in what I have done and in what I have
failed to do,** (*striking the breast three times*)
**through my fault, through my fault,
through my most grievous fault.**

Misereátur nostri omnípotens Deus et,
dimíssis peccátis nostris, perducát nos
ad vitam ætérnam.

**Therefore I ask blessed Mary ever-Virgin,
all the Angels and Saints, and you,
my brothers and sisters, to pray for me
to the Lord our God.**

Amen.

Kýrie eléison.

May almighty God have mercy on us, forgive
us our sins, and bring us to everlasting life.

Kýrie eléison.

Amen.

Christe eléison.

Lord, have mercy.

Christe eléison.

Lord, have mercy.

Kýrie eléison.

Christ, have mercy.

Kýrie eléison.

Christ, have mercy.

Lord, have mercy.

Christ, have mercy.

COLLECT

Oremus.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro famulo tuo Walthario, quem hodie ad te migrare iussisti, ut, quia in te speravit et credidit, concedas eum ad veram patriam perducere, et gaudiis perfrui sempiternis.

Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Amen.

Let us pray.

O God, who nature

is always to forgive and to show mercy, we humbly implore you for your servant Walter, whom you have called this day to journey to you, and, since he hoped and believed in you, grant that he may be led to our true homeland to delight in its everlasting joys. Through our Lord Jesus Christ, your Son, who lives and reigns with you in the unity of the Holy Spirit, one God, forever and ever.

Amen.

READING *(please be seated)*

Lectio libri Sapientiæ.

Wisdom iii.1–9

The souls of the virtuous are in the hands of God,
no torment shall ever touch them.

In the eyes of the unwise, they did appear to die,
their going looked like a disaster,
their leaving us, like annihilation;
but they are in peace.

If they experienced punishment as men see it,
their hope was rich with immortality;
slight was their affliction, great will their blessing be.

God has put them to the test
and proved them worthy to be with him;
he has tested them like gold in a furnace,
and accepted them as a holocaust.

When the time comes for his visitation they will shine out;
as sparks run through the stubble, so will they.

They shall judge nations, rule over peoples,
and the Lord will be their king for ever.

They who trust in him will understand the truth,
those who are faithful will live with him in love;
for grace and mercy await those he has chosen.

Verbum Domini.

Deo gratias.

GRADUAL

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine;
et lux perpétua lúceat eis.
In memória ætérna erit justus;
ab audítióne mala non tímébit.

SEQUENCE

Dies iræ, dies illa
Solvat sæclum in favilla:
Teste David cum Sibylla.

Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus.

Tuba mirum spargens sonum
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronum.

Mors stupebit et natura,
Cum resurget creatura,
Iudicanti responsura.

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.

Iudex ergo cum sedebit,
Quidquid latet, apparebit:
Nil multum remanebit.

Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus,
Cum vix iustus sit securus?

Rex tremendæ maiestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me, fons pietatis.

Recordare, Iesu pie,
Quod sum causa tuæ viæ;
Ne me perdas illa die.

Quarens me, sedisti lassus:
Redemisti Crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.

Eternal rest grant unto them, O Lord;
and let perpetual light shine upon them.
The just shall be in everlasting remembrance;
he shall not fear the evil hearing.

Day of wrath and doom impending,
David's word with Sibyl's blending.
Heav'n and earth in ashes ending.

O what fear man's bosom rendeth
When from heav'n the Judge descendeth,
On whose sentence all dependeth.

Wondrous sound the trumpet flingeth,
Through earth's sepulchres it ringeth,
All before the throne it bringeth.

Death is struck, and nature quaking,
All creation is awaking,
To its judge an answer making.

Lo! the book exactly worded,
Wherein all hath been recorded;
Thence shall judgement be awarded.

When the Judge his seat attaineth,
And each hidden deed arraigneth,
Nothing unavenged remaineth.

What shall I, frail man, be pleading?
Who for me be interceding,
When the just are mercy needing?

King of majesty tremendous,
Who dost free salvation send us,
Fount of pity, then befriend us!

Think, kind Jesu, my salvation
Caused thy wondrous Incarnation;
Leave me not to reprobation.

Faint and weary thou hast sought me,
On the Cross of suff'ring bought me;
Shall such grace be vainly brought me?

Iuste iudex ultionis,
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.

Ingemisco, tamquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce, Deus.

Qui Mariam absolvisti
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.

Preces meæ non sunt dignæ:
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne.

Inter oves locum præsta,
Et ab hædis me sequestra,
Statuens in parte dextra.

Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.

Oro supplex et acclinis,
Cor contritum quasi cinis:
Gere curam mei finis.

Lacrimosa dies illa,
Qua resurget ex favilla
Iudicandus homo reus.

Huic ergo parce, Deus:
Pie Iesu Domine,
Dona eis requiem. Amen.

Righteous Judge! for sin's pollution
Grant thy gift of absolution,
Ere that day of retribution.

Guilty, now I pour my moaning,
All my shame with anguish owning;
Spare, O God, they suppliant groaning!

Through the sinful woman shriven,
Through the dying thief forgiven,
Thou to me a hope hast given.

Worthless are my prayers and sighing,
Yet, good Lord, in grace complying,
Rescue me from fires undying.

With thy favoured sheep O place me,
Nor among the goats abase me,
But to thy right hand upraise me.

While the wicked are confounded,
Doomed to flames of woe unbounded,
Call me with thy saints surrounded.

Low I kneel, with heart submission,
Crushed to ashes in contrition;
Help me in my last condition!

Ah! that day of tears and mourning!
From the dust of earth returning,
Man for judgement must prepare him;

Spare, O God, in mercy spare him!
Lord all-pitying, Jesu blest,
Grant them thine eternal rest. Amen.

GOSPEL (*please stand*)

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

John xi. 17–27

Gloria tibi, Domine.

On arriving at Bethany,
Jesus found that Lazarus had been in the tomb for four days already.
Bethany is only about two miles from Jerusalem,
and many Jews had come to Martha and Mary
to sympathise with them over their brother.
When Martha heard that Jesus had come she went to meet him.
Mary remained sitting in the house.

Martha said to Jesus,
‘If you had been here, my brother would not have died,
but I know that, even now,
whatever you ask of God, He will grant You.’
‘Your brother,’ said Jesus to her, ‘will rise again.’
Martha said, ‘I know he will rise again at the Resurrection on the last day.’

Jesus said:
‘I am the Resurrection and the Life.
If anyone believes in me, even though he dies he will live,
and whoever lives and believes in me
will never die.
Do you believe this?’

‘Yes, Lord,’ she said,
‘I believe that You are the Christ, the Son of God,
the one who was to come into this world.’

Verbum Domini.

Laus tibi, Christe.

HOMILY (*please be seated*)

Father Michael Ward

OFFERTORY

Dómine Jesu Christe, Rex glóriæ, libera
ánimas ómnium fidélium defunctórum de
pœnis inférni, et de profúndo lacu:
libera eas de ore leónis, ne absórbeat eas
tártarus, ne cadant in obscúrum; sed
sígner sanctus Míchael repræséntet eas in
lucem sanctam, quam olim Abrahæ
promisísti, et semini ejus.
Hóstias et preces tibi, Dómine, laudis
offérimus: tu súscipe pro animábus illis,
quarum hódie memóriam, fácimus:
fac eas, Dómine, de morte transíre ad vitam,
quam olim Abrahæ promisísti, et sémini ejus.

O Lord Jesus Christ, thou who art the King
of Glory, save the souls of all the faithful
departed from the pains of hell and from the
deep pit: save them from the lion's mouth,
nor suffer the fiery lake to swallow them
up, nor endless darkness to enshroud them.
Rather do thou bid holy Michael,
thy standard-bearer, to bring them forth into
glorious light, even as of old-time thou
didst promise to Abraham and his seed.
Together with our prayers we offer thee,
O Lord, the sacrifice of praise: do thou
receive it on behalf of the souls whom this
day we have in mind: lead them, O Lord,
from death into life, even as of old-time
thou didst promise to Abraham and his seed.

When the celebrant turns to the congregation after preparing the altar, please stand.

Oráte, fratres: ut meum ac vestrum
sacrificium acceptábile fiat apud Deum
Patrem omnipoténtem.

**Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus
tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad
utilitátem quoque nostram totiúsque
Ecclésiæ suæ sanctæ.**

Pray, brethren, that my sacrifice and yours
may be acceptable to God, the almighty
Father.

**May the Lord accept the sacrifice at your
hands for the praise and glory of his name,
for our good and the good of all his holy
Church.**

SECRET

Oremus.

Pro famuli tui Waltharii salute
hostias tibi, Domine, suppliciter offerimus
tuam clementiam deprecantes, ut, qui
Filium tuum pium Salvatorem esse non
dubitavit, misericordem Iudicem inveniat.
Qui vivit et regnat in sæcula sæculorum.

Amen.

Let us pray.

As we humbly present to you these sacrificial
offerings, O Lord, for the salvation of your
servant Walter, we beseech your mercy,
that he, who did not doubt your Son to
be a loving Saviour, may find him a merciful
Judge. Who lives and reigns forever and ever.

Amen.

Dóminus vobíscum.

Et cum spírítu tuo.

Sursum corda.

Habémus ad Dóminum.

Grátias agámus Dómino Deo nostro.

Dignum et iustum est.

PREFACE

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus: per Christum Dominum nostrum.

In quo nobis spes beatæ resurrectionis effulsit, ut, quos contristat certa moriendi condicio, eosdem consoletur futuræ immortalitatis promissio. Tuis enim fidelibus, Domine, vita mutatur, non tollitur, et, dissoluta terrestris huius incolatus domo, æterna in cælis habitatio comparatur. Et ideo cum angelis et archangelis, cum thronis et dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

SANCTUS (*please kneel*)

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus

Deus Sabaoth,

Pleni sunt cæli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis!

Benedictus qui venit in nomine Domini.

Hosanna in excelsis!

The Lord be with you.

And with your spirit.

Lift up your hearts.

We lift them up to the Lord.

Let us give thanks to the Lord our God.

It is right and just.

It is truly right and just, our duty and our salvation, always and everywhere to give you thanks, Lord, holy Father, almighty and eternal God, through Christ our Lord.

In him the hope of blessed resurrection has dawned, that those saddened by the certainty of dying might be consoled by the promise of immortality to come. Indeed for your faithful, Lord, life is changed not ended, and, when this earthly dwelling turns to dust, an eternal dwelling is made ready for them in heaven. And so, with angels and archangels, with thrones and dominions, and with all the hosts and powers of heaven, we sing the hymn of your glory, as without end we acclaim:

Holy, holy, holy, Lord God of hosts, heaven and earth are full of your glory.

Hosanna in the highest!

Blessed is he who comes in the name of the Lord.

Hosanna in the highest!

CANON

Te igitur, clementíssime Pater, per Iesum Christum Fílium tuum, Dóminum nostrum, súpplīces rogámus, ac pétimus uti accépta hábeas, et benedícas, hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro Francíscō, et Antístite nostro Bernárdo, et ómnibus orthodóxis, atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

Meménto, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est, et nota devótio, pro quibus tibi offérimus: vel qui tibi offérunť hoc sacrificium laudis, pro se, suisque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis et incolumitátis suæ: tibi que reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero. Communicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártýrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni, et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis precibúsq; concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxílio. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

To you, therefore, most merciful Father, we make humble prayer and petition through Jesus Christ, your Son, our Lord: that you accept and bless these gifts, these offerings, these holy and unblemished sacrifices, which we offer you first of all for your holy Catholic Church. Be pleased to grant her peace, to guard, unite and govern her throughout the whole world, together with your servant Francis our Pope, and Bernard our Bishop, and all those who, holding to the truth, hand on the catholic and apostolic faith.

Remember, Lord, your servants and all gathered here, whose faith and devotion are known to you. For them and all who are dear to them we offer you this sacrifice of praise or they offer it for themselves and all who are dear to them, for the redemption of their souls, in hope of health and well being, and fulfilling their vows to you, the eternal God, living and true.

In communion with those whose memory we venerate, especially the glorious ever-Virgin Mary, Mother of our God and Lord, Jesus Christ, and blessed Joseph, her Spouse, your blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Jude: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and all your Saints: through their merits and prayers, grant that in all things we may be defended by your protecting help. Through Christ our Lord. Amen.

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quam oblatiónem tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, benedíctam, adscríptam, ratam, ratióabilem, acceptabilémque fácere dignéris: ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectíssimi Fílii tui Dómini nostri Iesu Christi.

Qui prídie quam paterétur, accépit panem in sanctas, ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, benedíxit, fregit, dedítque discípulis suis, dicens:

ACCÍPITE, ET MANDUCÁTE EX HOC OMNES, HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.

Símili modo postquam cænátum est, accípiens et hunc præclárum Cálícem in sanctas ac venerábiles manus suas: item tibi grátias agens, benedíxit, dedítque discípulis suis, dicens:

Therefore, Lord, we pray: graciously accept this oblation of our service, that of your whole family; order our days in your peace, and command that we be delivered from eternal damnation and counted among the flock of those you have chosen. Through Christ our Lord. Amen.

Be pleased, O God, we pray, to bless, acknowledge, and approve this offering in every respect; make it spiritual and acceptable, so that it may become for us the Body and Blood of your most beloved Son, our Lord Jesus Christ.

On the day before he was to suffer, he took bread in his holy and venerable hands, and with eyes raised to heaven, to you, O God, his almighty Father, giving you thanks, he said the blessing, broke the bread and gave it to his disciples, saying:

TAKE THIS, ALL OF YOU, AND EAT OF IT, FOR THIS IS MY BODY, WHICH WILL BE GIVEN UP FOR YOU.

In a similar way, when supper was ended, he took this precious chalice in his holy and venerable hands, and once more giving you thanks, he said the blessing and gave the chalice to his disciples, saying:

ACCÍPITE, ET BÍBITE EX EO OMNES,
HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS
MEI, NOVI ET ÆTÉRNÍ TESTAMÉNTI:
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS
EFFUNDÉTUR IN REMISSIÓNEM
PECCATÓRUM. HOC FÁCITE IN
MEAM COMMEMORATIÓNEM

Mystérium fidei.

**Mortem tuam annuntiámus, Dómine, et
tuam resurrectionem confitémur,
donec vénias.**

Unde et mémore, Dómine, nos servi tui,
sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Fílii
tui Dómini nostri tam beátæ passiónis, nec
non et ab ínferis resurrectionis, sed et in
cælos gloriósæ ascensiónis: offérimus
præcláræ majestáti tuæ de tuis donis, ac datis,
hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam
immaculátam, Panem sanctum vitæ æternæ,
et Cálicem salútis perpétuæ.

Supra quæ propítio ac seréno vultu
respícere dignéris; et accépta habére, sicuti
accépta habére dignátus es múnera púeri tui
iusti Abel, et sacrificium Patriárchæ nostri
Ábrahæ: et quod tibi óbtulit summus
sacérdos tuus Melchisedech, sanctum
sacrificium, immaculátam hóstiam.

Súpplīces te rogámus, omnípotens Deus:
iube hæc perféri per manus sancti Ángeli tui
in sublīme altáre tuum, in conspéctu divínæ
majestátis tuæ: ut quotquot, ex hac altáris
participatióne sacrosánctum Fílii tui, Corpus,
et Sánguinem sumpsérimus, omni
benedictióne cælésti et grátia repléamur.
Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

TAKE THIS, ALL OF YOU, AND DRINK
FROM IT, FOR THIS IS THE CHALICE
OF MY BLOOD, THE BLOOD OF THE
NEW AND ETERNAL COVENANT,
WHICH WILL BE Poured OUT FOR
YOU AND FOR MANY FOR THE
FORGIVENESS OF SINS.
DO THIS IN MEMORY OF ME.

The Mystery of faith.

**We proclaim your death, O Lord, and
profess your Resurrection until you
come again.**

Therefore, O Lord, as we celebrate the
memorial of the blessed Passion, the
Resurrection from the dead, and the glorious
Ascension into heaven of Christ, your Son,
our Lord, we, your servants and your holy
people, offer to your glorious majesty from
the gifts that you have given us, this pure
victim, this holy victim, this spotless victim,
the holy Bread of eternal life and the
Chalice of everlasting salvation.

Be pleased to look upon them with serene
and kindly countenance, and to accept them,
as you were pleased to accept the gifts of
your servant Abel the just, the sacrifice of
Abraham, our father in faith, and the
offering of your high priest Melchizedek,
a holy sacrifice, a spotless victim.

In humble prayer we ask you, almighty God:
command that these gifts be borne by the
hands of your holy Angel to your altar on
high in the sight of your divine majesty, so
that all of us who through this participation
at the altar receive the most holy Body and
Blood of your Son may be filled with every
grace and heavenly blessing. Through Christ
our Lord. Amen.

Meménto étiam, Dómine, famulórum et famulárum tuarum, qui nos præcésse-
runt cum signo fidei, et dórmiunt in somno
pacis. Ispis, Dómine, et ómnibus in Christo
quiescéntibus, locum refrigérii, lucis et pacis,
ut indúlgeas, deprecámur. Per Christum
Dóminum nostrum. Amen.

Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis,
de multítudine miseratiónum tuárum
sperántibus, partem áliquam, et societátem
donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et
Martýribus: cum Joánne, Stéphano, Matthía,
Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno,
Petro, Felicitáte, Perpétua, Ágatha, Lúcia,
Agnéte, Cæcília, Anastásia, et ómnibus
Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium,
non æstimátor mériti, sed vénia, quæsumus,
largítor admítte. Per Christum Dóminum
nostrum. Per quem hæc ómnia, Dómine,
semper bona creas, sanctíficas, vivíficas,
benedícis, et præstas nobis.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi
Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus
Sancti, omnis honor, et glória. Per ómnia
sæcula sæculórum. Amen.

Remember also, Lord, your servants, who
have gone before us with the sign of faith
and rest in the sleep of peace. Grant them, O
Lord, we pray, and all who sleep in Christ,
a place of refreshment, light and peace.
Through Christ our Lord. Amen.

To us, also, your sinful servants, who hope
in your abundant mercies, graciously grant
some share and fellowship with your holy
Apostles and Martyrs: with John the Baptist,
Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius,
Alexander, Marcellinus, Peter, Felicity,
Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia,
Anastasia and all your Saints: admit us, we
beg you, into their company, not weighing
our merits, but granting us your pardon,
through Christ our Lord. Through whom
you continue to make all these good things,
O Lord; you make them holy, fill them with
life, bless them, and bestow them upon us.

Through him, and with him, and in him,
O God, almighty Father, in the unity of the
Holy Spirit, all glory and honour is yours, for
ever and ever.
Amen.

THE LORD'S PRAYER *(please stand)*

Præcēptis salutāribus mōniti, et divīna
institutōne formāti, audēmus dīcere:

Pater noster, qui es in cælis:

Sanctificētur nomen tuum,

Advēniat regnum tuum,

Fiat vóluntas tua, sicut in cælo, et in terra.

Panem nostrum quotidiānum da nobis

**hódie Et dimítte nobis débita nostra, sicut
et nos dimíttimus debitóribus nostris.**

Et ne nos indúcas in tentatióne,

Sed líbera nos a malo.

Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus
malis, da propítius pacem in diébus nostris,
ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto
simus semper líberi et ab omni perturbatióne
secúri: exspectāntes beátam spem et advén-
tum Salvatóris nostri Iesu Christi.

Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória
in sæcula.

Dómine Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis
tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do
vobis: ne respicias peccáta nostra, sed fidem
Ecclésiæ tuæ; eámque secúndum voluntátem
tuam pacificáre et coadunáre digneris.

Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

Amen.

Pax Dómini sit semper vobíscum.

Et cum spírítu tuo.

COMMUNION *(please kneel)*

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona eis
requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona eis
requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona eis
requiem sempiternam.

At the Saviour's command and formed by
divine teaching, we dare to say:

Our Father, who art in heaven,

Hallowed be thy name,

Thy kingdom come,

**Thy will be done, on earth as it is in
heaven. Give us this day our daily bread.**

**And forgive us our trespasses, as we forgive
those who trespass against us.**

And lead us not into temptation.

But deliver us from evil.

Deliver us, Lord, we pray, from every evil,
graciously grant peace in our days, that, by
the help of your mercy, we may be always
free from sin and safe from all distress, as we
await the blessed hope and the coming of our
Saviour, Jesus Christ.

**For the kingdom, the power and the glory
are yours now and for ever.**

Lord Jesus Christ, who said to your Apostles:
Peace I leave you, my peace I give you;
look not on our sins, but on the faith of your
Church, and graciously grant her peace and
unity in accordance with your will.

Who lives and reigns for ever and ever.

Amen.

The peace of the Lord be with you always.

And with your spirit.

Lamb of God, you take away the sins of the
world: grant them rest.

Lamb of God, you take away the sins of the
world: grant them rest.

Lamb of God, you take away the sins of the
world: grant them everlasting rest.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt.
Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanábitur ánima mea.

Lux æterna luceat eis, Domine,
cum sanctis tuis in æternum, quia pius es.
Requiem æternam dona eis, Domine,
et lux perpetua luceat eis,
cum sanctis tuis in æternum, quia pius es.

POST COMMUNION *(please stand)*

Oremus.
Domine Deus, cuius Filius in sacramento
Corporis sui
viaticum nobis reliquit,
concede propitius, ut per hoc frater noster
Waltherius
ad ipsam Christi perveniat mensam æternam.
Qui vivit et regnat in sæcula sæculorum.
Amen.

FINAL COMMENDATION

In paradisum deducant angeli
in tuo adventu suscipiant te martyres
et perducant te in civitatem sanctam
Jerusalem. Chorus angelorum te suscipiant
et cum Lazaro quondam paupere
æternam habeas requiem.

Behold the Lamb of God, behold him who takes away the sins of the world. Blessed are those called to the supper of the Lamb.
Lord, I am not worthy that you should enter under my roof, but only say the word and my soul shall be healed.

Let perpetual light shine upon them,
with your saints forever, for you are merciful.
Eternal rest grant unto them, O Lord,
and let perpetual light shine upon them,
with your saints forever, for you are merciful.

Let us pray.
Lord God, whose Son left us,
in the Sacrament of his Body,
food for the journey,
mercifully grant that, strengthened by it,
our brother Walter may come
to the eternal table of Christ.
Who lives and reigns forever and ever.
Amen.

May the angels lead you into paradise;
may the martyrs greet you at your arrival
and lead you into the holy city of Jerusalem.
May the choir of angels greet you
and, like Lazarus, who once was a poor man,
may you have eternal rest.

*The body will be conveyed to Wolvercote Cemetery where it will be laid to rest.
In lieu of flowers, donations would be warmly received for the renovation of St Philip's
Chapel in the Oxford Oratory.*



*And I smiled to think God's greatness flowed around our incompleteness,—
Round our restlessness, his rest.*

—Elizabeth Barrett Browning, 'Rhyme of the Duchess May'



DIGNITY
FUNERAL DIRECTORS

S. & R. CHILDS

Pharmacy House, 69 London Road, Headington, Oxford OX3 9AA • 01865 427 272
childs.headington@dignityfunerals.co.uk • dignityfunerals.co.uk/s-and-r-childs/headington